



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 6. Amoris extensio super omnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

§. V.

Amor erga Deum quantus esse debeat.

Beatus vir, qui timet Dominum; in mandatis eius vult nimis Pl. III. 1.
Tumandasti mandata tua custodiri nimis. Pl. 118. 4. Omnia in mensura, numero, & pondere, constituit Dominus, præter amorem: noluit enim, imò non potuit amori nostro ponere mensuram, qui se immensurabilem nobis proposuit diligendum. Hugo de S. Vict. l. de grad. char. c. 2. in justis descriptione: dicitur, in mandatis eius vult nimis. Quid est velle nimis? nisi plus velle, quam posse. Quò sensu & ego dictum puto illud: *adolescensula dilexerunt te.* Cant. 1. 2. Ramirez in ep. 2.

Adolescensula dilexerunt te nimis (in vulgata deest nimis) Cant. 1. 2. infinitus quippe, & immensus est Deus, in quem tendit amor eorum; ut nullus debeat esse finis, & mensura amoris. Amat igitur sic amans anima: & si non minus posse suo, minus tamen velle suo: nec capit de hac impossibilitate solatium; sed potius desiderium suscipit incrementum. Maria ait: *esurientes implevis bonis*; implevit, non fatiavit: amoris enim bona eò minus fatiant, quò magis replent. Ramirez in epist. Christi ad 7. Episc. Apoc. 2.

Quem diligit anima mea. Cant. 3. 1. Jure animam suam diligere dicit; exprimere volens intimam quandam, & vividam, & animatam, affectionem erga Dilectum suum Jesum Christum. Gilbertus in Cant. hic.

Pone me ut signaculum. Cant. 8. 6. Talem decet habere charitatem in sponsum, ut præverè dilectionis magnitudine, & pro veritate tuenda, mortem contemnat corporis, & durissimos quòsque cruciatus evineat. Philo Carpath. hic.

Et pedes ejus &c. Apoc. 1. 15. post oculos, ut flammam ignis, ignitos pedes refert: quia, sicut per oculos intelligitur vita contemplativa, ita & per pedes activa; & utraque debet esse inflammata amore divini spiritus. Sylv. hic.

Quæ est mensura in charitate Dei? ut supra vires extendat quis animam suam ad voluntatem Dei, proficiens; & desiderans ea, quæ ad gloriam Dei pertinent. S. Basilius Regula de instit. Mon. c. 80.

Cum dilectio, quæ tendit in Deum, tendat in immensum, tendat in infinitum; quisnam, quæso, debet finis esse nostri, vel modus amoris? S. Bern. tr. de dilig. Deo.

Causa diligendi Deum, Deus est, modus finè modò diligere. Id. ib.

Quid est diligere totò corde? nisi ex toto intellectu finè errore. Quid est ex tota mente? nisi ex tota memoria, finè oblivione. Quid est ex tota anima? nisi ex tota voluntate, finè contradictione. Quid est ex omnibus viribus? nisi in omni opere nostro. S. Bonavent. l. 49.

§. VI.

Amoris Dei extensio super omnia.

Nomen Dei, Ex. 28. 32. ferebat Pontifex in capite; nomina Israel in pectore v. 29. Multò

superior debet esse amor Dei amore hominum. Barradius Dom. 17. tr. 3. l. 8. c. in Matth. c. 22.

Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis. 1. Reg. 12. 21. S. Greg. lib. 2. in lib. Reg. quàm in re caute notandum est: quia eis temporalia bona non proderunt, qui post hæc declinare prohibentur. Post bona temporalia declinare, est, in eorum oppositum defluere, amorem illorum divino amori præferre. Meritò ergo his vana non proderunt, quia eò ordine, quò condita sunt, habere noluerunt. Jo. de Pinna in Eccl. Etholog. 149.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto? Cant. c. 3. Hebr. *dilectus pro dilecto*, quòlibet scilicet; putà, quem pro dilectis quibuslibet diligis. Id. ib.

Electus ex millibus. Cant. 5. 10. Sept. & Arab. ex myriadibus. Hebr. pro myriade; id est, pro decem millibus. Pro *electus* Hebr. est *Dagul*, id est, *antistans*, *excellens*, & instat vixilli cæteris eminens. Corn. à Lap. hic.

Pone me, ut signaculum, super cor tuum. Cant. 8. 6. Cur potius super cor, quàm in ipso medullio cordis? Cum super cor dixit, non tam locum designat, quàm æstimationem. Balduinus apud Tilman: pone me super cor tuum, super omne, quod cogitas, quod amas, quod tibi cordi est, ut omne, quod charum est, postponas, & me semper superponas, & me semper plus diligas; non solum quàm quod extra te est, & plusquam quidquid intrà te est Ramirez in Apoc. 2.

Pone me, ut signaculum, super cor tuum; ibidem sub quo mens, & anima comprehenditur; & *ut signaculum super trachium tuum*, quòd ad fortitudinem, & vires refertur. Duo autem videtur ad perfectam dilectionem requirere: ut signaculum amoris ponatur intus, & foris; super animam & corpus; super interna, & externa. Petit igitur ab anima, ut se totam illi tradat, tanquam ancillam, & sponsam; quæ jam non est sui juris; sed sui Domini, & sponsi: propriò enim sigillò signatus, quæ nostra sunt; quæ ab aliis ulurpari nolumus, sicuti pecudes, oves &c. à pastoribus signantur. Lud. de Ponte hic.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Matth. 22. 37. Alexander Halensis ait, Deum *ex toto corde* diligendum, ut avaritia excludatur: appetitus enim ex corde oritur, Deum super omnia temporalia diligendo; *Ex tota anima*, in qua virtus concupiscibilis, quæ delectabilia appetimus, inhabitat; ut carnis concupiscentiam detestemur, super omnia creata Deum amando. *Ex tota mente*, in qua consistit superbia; ut inanis gloria procul pellatur, dum Deus super omnes honores diligitur. Petrus Besseus Dom. 17. post Pent.

Apparuerunt illis dispersa lingua, & tanquam ignis, sedit que supra singulos eorum. Act. 2. 3. Cur supra eos lingua ignea? ist est, communi sensu super capita? I. caput significat totum hominem Ex. 16. 16. Pl. 139. 8. & caput pars principalior hominis: ut inde diffunderetur ejus virtus in omnes partes. II. Luceat lex ignea in capite: quia ad benè loquendum lingua tingenda in mente. Cur non in corde ponuntur amoris officinæ? quia cor respicit caput,

put, tanquam quid superius; quod autem in capite, solum Deum, & supra ipsum hominem. Ergo symbolum amoris ponitur in capite; ut nihil, nisi DEUM respiciat, & DEUM diligat homo plus, quam se. Sylv. hic. q. 10.

Quasi statu quodam, Divinò auxilio egeamus: ut velum nostrum, veluti vehementi quodam vento, ad dilectionem Dei transmittatur. S. Chrysof. hom. 2. in ep. ad Theof.

§. VII.

Amorem non divide; solum DEUM dilige.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Ejice ancillam hanc & puerum ejus &c. Gen. 21. 10. S. Bern. l. de ascens. Dom. nulla conventio veritati, & vanitati; luci, ac tenebris; spiritui, & carni; igni, & tepiditati.

Altare inane, & cavum intrinsecus facies. Ex. 27. 8. Alienus ignis prohibitus Levit. 10. 1. Qui aliquid aliud simul cum Deo amare intendit, dubio procul Deum parvi facit: siquidem in una eademque statera illud una cum Deo collocat, quod in immensum à Deo distat. V. Jo. à Cruce lib. cui tit. ascensus montis Carmeli c. 4.

Cygnus inter immunda numeratur Levit. 11. 18. Cur tam candida, & canora avis à Sacris arceatur? quia non habet unum in uno domicilium elemento, sed in triplici; terrâ, aëre, & aquâ, Mendoza in 1. Reg. 5. annot. 16.

Aquila item inter immunda numeratur omnium prima. ib. licet volatu celsissima, & aspectu solis firmissima. Agit illa, ut Job 39. 27. 28. describit, in verticibus montium, unde oculos in solem configit tam forti conspectu; ut videatur symbolum Deum in terra videntium. At volucris tam sublimis, lucis aded sitiens, tam amica fide-ribus, caelo sic consecrata; cur justis interdicatur? & inter cibos immundos, atque abominandos reponitur? Solvit difficultatem Orig. hom. 7. in Levit. 11. *ex mortuis vivit.* q. d. quia amori heroico lucis adjungit carni famem; Illa stimulat aquilas ex fumis albis devolare in profundas valles, ad ditcerpta cadavera; conjungit in cœnum præcipitâ, & volatum in cœlum. Oliva t. 3. conc. 24. Altare nostrum Christus est; ignis, qui in eodem altari est, Spiritus Sanctus est; quem utique ignem ille venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Porro holocaustum nostrum cor nostrum & totum incensum, id est, totum divino amori deditum; & propter illum, ab omni carnis amore separatum. S. Rupert. in Levit. l. 1. c. 28.

Seraphim. Cur Seraphini alis tegunt oculos suos? H. 6. 2. *duabus velabant facies suas?* S. Chrysof. hom. 4. in H. scilicet amantes Angeli obvoluto amant vultu; nè quid videant, quod amorem avocet aliò. Non decuit, ut per angelum, nedum per hominem - homo salvus esset; unus pro humana salute Deus - homo partes agit, nè alium nobis Dominum agnosceremus, ait S. Athanasius, Et Hugo Viet. nè amorem divideret,

idem tibi factus est Creator, Redemptor. Luc. Velloso in Judith. c. 4. puncto 24.

Si me queritis, sinite vos abire. Jo. 18. 8. Tale quid videtur Deus dicere animabus, quæ in eo sunt; ut illum suavibus amoris nexibus devinciant; & hæc tamen cor, affectumque terrenis affixum habent, easque sic interrogare: *quem queritis?* quem charitatis vinculis obstrictum venitis? Quod si illum sibi propositum dicant; tum amator respondet: *si me queritis, sinite vos abire;* si me devinctum vultis, necesse est, istos carnis, & sanguinis, à vobis abdicare affectus, amori mundano renuntiare: nec enim in cordibus vestris nisi solus morabor. Did. Nisi. Sabb. post Cin. f. 3. Otto Batavus sic delineavit amorem, ut tabulam pede premar; cui hæc cetera inscripta: 2. 3. 4. &c. & dextra quidem cistram, l. capite verò coronam rosaceam præferat. Adjecit lemma ex Aristotele, *perfectus amor non est, nisi ad unum.* Unum amat, en offert unum, unum ecce coronat: Et reliquos numeros en pede calcet amor. In plures quoties rivos deducitur amnis, fit minor, atque undâ deficiente perit. Id. ib.

Erat ibi tunica inconsutilis desuper contexta. Jo. 19. 23. quæ est ista tunica, nisi charitas? in illam fors mittitur, nemo illam dividit. S. Aug. in Ps. 21. Enarrat. 1. Ista vestis, dilectio, ex pretiosis filis, id est, tuis beneficiis homini collatis, est contexta; & subtili magisterio facta, atque decorata; quæ designatur per tuam tunicam, quæ nec scissa fuit, nec divisa: quia amor, neque dividi debet, neque scindi. Idiota c. 24.

Flamma. Lem. *Sectionem refugit.* Petr. Dam. opus. 12. 4. Magnus hospes in diversorii tui quarit angusta descendere; atque idcirco solus vult, & sine consortiò, habitare. Picinelli.

Amnis divisus, parvus. Plutarch. de multitud. amic. sicut amnes in multos divisi alveos, imbecilli fluunt, ac tenues; sic vehemens amor in animo, si dissipatur in multos, enervatur.

Motiva non dividendi, unum Deum amandi.

Ex Veteri.

Egressio foras Jacob venit Esau. Gen. 27. 30. Cor humanum duobus dominis angustum est. Mendoza in 1. Reg. 7.

Dominus Zelotes nomen ejus. Ex. 34. 14. Abul. q. 23. in l. 4. Reg. Deus vult solus à nobis coli; & ob hoc zelotes vocatur. Luc. Velloso in Judith. 4.

Dixitq; Balaam ad Balac. Num. 23. 5. Posuit Deus olim verbum in ore Balaam; Et cur non etiam in corde? responder Origenes hom. 14. in Num. quoniam in corde ejus desiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ: verbum Dei non in corde; sed in ore ejus ponitur. Mendoza in l. 1. Reg. 7.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Deut. 6. 5. Cum in lege tua, Domine, justisti, ut te diligeremus; adjunxisti, te nostrum Dominum esse, unum, & solum. Si forsitan casu aliquò Deus solus non esses, sed plures dii; aliquam te non corde totò amandi excusationem habere possem: quia cor meum in varias partes divisum esset;